

Zeitschrift: Der Geschichtsfreund : Mitteilungen des Historischen Vereins
Zentralschweiz

Herausgeber: Historischer Verein Zentralschweiz

Band: 4 (1847)

Artikel: Beweismittel für die älteste Geschichte der Kirche Sempachs

Autor: [s.n.]

DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-110025>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

Download PDF: 13.03.2026

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

B.
Beweisetitel
für
die älteste Geschichte der Kirche Sempachs.¹⁾

1.
1290, 10 Jänner.

(Stiftsarchiv Lucern.)

Omnibus presentes literas inspecturis, Cvonradus Prepositus et Capitulum Ecclesie Constantiensis, Subscriptorum noticiam, cum Salute. Nouerint vniuersi tam | posteri quam presentes, quod cum venerabilis pater ac dominus noster Rvodolfus dei gratia Constantiensis Episcopus, consideratis circumstanciis vniuersis, volens | honorabilium in Christo — — Abbatis et Conuentus Monasterii Morbacensis, vt liberior diuino possint inherere cultui, indigentie subuenire, Ecclesiam in | Kilchbuhil, cui Jure filiali Ecclesia in Sempach sue dyocesis dinoscitur esse subiecta, deputauerit et aplica- uerit, vsibus et mense Bertoldi dei gratia | Abbatis Monasterii predicti Morbacensis, Immediate sedi apostolice pertinentis, siti in dyocesi Basiliensi, suorumque in perpetuum successorum, Ita quod vacante | predicta Ecclesia, cuius Jus patronatus dictis — — Ab- bati et Conuentui dinoscitur pertinere, predictus — — Abbas et sui quicumque pro tempore fuerint succes- | sores presentent vi- carium ydoneum dicto domino nostro Episcopo Constantiensi et suis successoribus, per quem assignatis eidem vicarie prouentibus competentibus | eidem Ecclesie et sue filie in Sempach ei subiecte, in diuino officio deseruiatur, omnibus aliis prouentibus Ecclesie

¹⁾ Mitgetheilt von Archivar Scheller.

predicte in Kilchbuhil, et sue | filie in Sempach, mense et vsibus — — Abbatis predicti suorumque quicumque pro tempore fuerint successorum, in perpetuum debitis et aplicandis. Sal- | vis tamen Juribus Episcopalibus et Archidyaconi loci debitis et consuetis. Nos deliberatione prehabita diligenti, et tractatu sollempni prehabito, et | premissis, qui circa talia negotia habendus est, et premittendus, Juxta Canonicas sanctiones, Considerantes summam esse rationem, que pro religi- | one facit, concessioni, deputationi, assignationi, et applicationi Ecclesie supradicte, et filie sue sibi annexe videlicet Ecclesie in Sempach omniumque | prouentuum earundem factis, per venerabilem patrem predictum dominum nostrum Episcopum Constantiensem, mense et vsibus — Bertoldi dei gratia — Abbatis prefati, et suorum | quicumque pro tempore fuerint inperpetuum successorum, expresse ac voluntarie consentimus, dictas concessionem, deputationem, assignationem, et aplicationem | scriptis presentibus approbamus, et ratificamus, Adhibita per nos in omnibus et singulis supradictis verborum ac gestuum sollempnitate debita et con- | sweta. Et in euidenciam premissorum ipsorumque incommutabilem et perpetuam firmitatem, Sigillum nostrum vnacum appensione sigillorum aliorum | nostrorum concanonicorum, presentibus duximus appendendum. Datum et actum Constantie, Anno domini. M. CC. LXXXIX. quarto Idus Januarij. Indictione | Tertia. Nos itaque Cvonradus prepositus Ecclesie Constantiensis predictus, pro nobis et pro Cvonrado de Fuerstenberch, nostro Concanonico et patrueli, cuius | vices gerimus in hac parte, presentibus appendimus Sigillum nostrum — ¹⁾)

2.

1420, 21 Hornung.

(Stiftsarchiv Lucern.)

Nos Wilhelmus divina permissione abbas totumque capitulum monasterii Morbacensis ordinis sancti Benedicti Basiliensis dyocesis sancte sedi apostolice immediate subiecti notum fieri cupimus presencium | inspectoribus seu auditoribus quorumcunque interest

¹⁾ Ein beinahe wörtlich gleichlautender Brief, woran auch das Siegel hängt, stellte aus unter demselben Datum das Capitel der Thumkirche von Constanz.

vel intererit quomodolibet in futurum vniuersis. Quod indicto atque habito per nos quoad subscripta capitulo speciali ac solito more capitulariter con- | gregati capitulumque ipsius monasterii facientes et representantes deliberacione matura prehabita ob pi- um affectum et amorem per nos habitum erga et apud religiosos in Christo nobis dilectos fratres | Johannem diuina permissione prepositum et conuentum monasterii Lucernensis dicti ordinis sancti Benedicti Constanciensis dyocesis nobis et dicto nostro monasterio Morbacensi subiecti, propter diuersas longeuas lites | guerras et controuersias tam in partibus quam etiam occasione perpositure ipsius Monasterii Lucernensis diuersimode habitas et exortas ex- tenuati, et nonnullis redditibus, censibus atque bonis destituti ac pure et simpliciter propter deum et ut iidem fratres eorumque successores in dicto monasterio Lucernensi celebrationibus missa- rum et aliorum diuinorum officiorum ob laudem et honorem omni- potentis Dei et beatissime virginis | sue matris gloriosissime, sancti Leodegarii episcopi ipsius monasterii Lucernensis patroni et alio- rum sanctorum Dei perpetuo celebrandum et peragendum uberius intendere ualeant atque possint, cessimus, donauimus, tradidimus | et assignauimus, presentibusque cedimus, donamus, tradimus et as- signamus nostro, Abbacie nostre, nec non dicti monasterii Morba- censis nominibus, cessione, donacione, tradicionem et assignacione perfectis et | irreuocabilibus inter uiuos, et alias omni via, jure, modo, causa et forma, quibus melius et efficacius potuimus atque possimus eisdem fratribus Johanni preposito et conventu eorum successoribus et monasterio Lucernensi | acceptantibus, ecclesiam parochialem in Sempach vnacum eius filia Hildissrieden dicte con- stanciensis dyocesis eiusque vicaria seu plebanatu atque jure pa- tronatus, nec non decimis eiusdem ecclesie in Sempach et eius | fi- lie Hildissrieden, Adewilr et Weniswanden cum aliis bonis dota- libus eiusdem ecclesie et eius filie Hildissrieden, Super quibus ipsa ecclesia in Sempach et eius filia Hildissrieden prenotate ea- rumque jus patronatus | dotate et fundate existunt atque pertinen- ciis vniuersis eiusdem ecclesie in Sempach et eius filie Predictae, ac omne jus nobis nostro monasterio et successoribus nostris vni- uersis in eadem ecclesia eius filia jure patronatus | et pertinen- ciis debitum siue competens quouis modo vnacum litteris cy- rographis et Instrumentis per nos ex parte atque occasione eius-

dem ecclesie seu juris patronatus et pertinenciarum, donatarum predictarum habitis et | obtentis predictis fratribus donatarijs preposito et conuentu monasterii Lucernensis supradicti traditis et presentatis. In euidenciam uberiores predictarum cessionis, donacionis, tradicionis et assignacionis ipsius ecclesie | in Sempach eius filie Hildissrieden vicariatus seu plebanatus, juris patronatus, jurium et pertinenciarum supra notatarum per ipsos fratres prepositum et conuentum Lucernensem et eorum successores pro eorum communi | mensa et refectione ac sustentacione uberiori habendum, tenendum et possidendum et ad ipsos spectandum et pertinendum, Ex nunc in antea omnibus modis et juribus quibus ipsa ecclesia parochialis in Sempach | cum filia, vicariatu, seu plebanatu et jure patronatus, decimis, juribus et pertinenciis hujusmodi ad nos donatores videlicet Abbatem et capitulum monasterii Murbacensis supradicti coniunctim vel diuisim | ac ipsum monasterium pertinuisse dinoscuntur et pertinebant temporibus retroactis, dando et concedendo ut prefertur presentium per tenorem eiusdem donatarijs preposito et conuentu monasterii Lucernensis | eorum successoribus et monasterio plenariam et liberam potestatem et omnimodam facultatem, possessionem corporalem pacificam et realem vel quasi ipsius ecclesie in Sempach eius filie vicariatus seu | plebanatus, juris patronatus, decimarum, jurium et pertinenciarum, donatarum premissarum, Ex nunc in antea subintrandi apprehendendi nanciscendi, ipsisque jure et modo quibus supra habendum, utifruendi et de ipsis | tamquam suis faciendi, disponendi et ordinandi pro eorum libito voluntate et prout ipsis pro eorum mensa communi dictoque monasterio suo Lucernensi melius crediderint expedire, contradicione et resistentia | In hiis quorumlibet et quibuscumque non obstantibus, Nullisque jure actione vel impetitione nobis nostris successoribus et monasterio Murbacensi prenotatis, in ipsa ecclesia eius filia vicariatu, seu plebanatu, decimis, | juribus et pertinenciis donatis, sepedictis retentis vel aliquo aliter reseruatis, Saluo tamen nobis nostris successoribus et monasterio Murbacensi jure collacionis ac prouisionis dicte prepositure Lucernensis dum | vacat ad nos prefatum nostrum monasterium Murbacense nostrosque successores in eodem spectante et pertinente sine dolo adhibitis, itaque in hiis et circa ea juris et facti sollempnitatibus et cautelis debitis | et consuetis.

Promisimus et promittimus per presentes Nos Wilhelmus abbas et capitulum supra notatum pro nobis nostrisque successoribus et monasterio Morbacensi memoratis, ut supra bona fide | donationem, cessionem, tradicionem et assignacionem prenotatas ac omnia et singula presentibus inserta attendere et seruare ratasque et rata tenere perpetuo atque firmas et firma, nec e contra unquam facere | vel venire aut fieri procurare judicialiter vel extra iudicialiter quesito quouis ingenio vel colore, nec litteras premissis preiudiciales a sancta sede apostolica vel aliunde impetrare aut impetratis uti velle | ad hec premissa eorumque ratihabitionem et observantiam inuiolabiles nos nostrosque successores et monasterium Morbacense sepetactum obligantes firmiter et astringentes dolo et fraude in hijs penitus | postpositis et pretermisissis, Nullisque priuilegiis, libertatibus, exempcionibus, excepcionibus, defensionibus, aut iuribus spiritualibus et temporalibus in contrarium editis vel edendis obstantibus | vlllo modo. Et in horum premisorum omnium et singulorum testimonium euidens atque fidem presentes litteras sigillorum nostrorum Wilhelmi abbatis et capituli sepedicti monasterii Morbacensis duximus | appensione roborandas. Datum et actum sub anno Domini millesimo, quadringentesimo vicesimo, feria quarta ante festum Sancti Mathye apostoli, que fuit et est vicesima prima mensis | februarij. Indictione tredecima.

3.

1420, 26 Hornung.

(Stiftsarchiv Lucern.)

Nos Heinricus Custos et Camerarius, Petrus elemosinarius ac magister fabrice, et Johannes Leonhardi | Cantor Totusque conventus monasterii Lucernensis ordinis Sancti Benedicti Constantiensis diocesis Recongnoscimus et | fatemur per presentes, Quod nos capitulariter, matura deliberatione prehabita, Venerabili ac Religioso | in Christo domino Johanni domino nostro Preposito dicti Monasterii dedimus et concessimus ac presentibus pro nobis et | nostris successoribus vniuersis damus et concedimus nostram plenam potestatem et facultatem, Cessionem, | donationem, traditionem et resignationem per Venerabiles et Religiosos in Christo fratres

et dominos nostros | dominos Wilhelmum diuina prouidentia Abbatem et Capitulum monasterii Murbacensis dicti ordinis sancti Benedicti | Basiliensis diocesis Ecclesie parochialis in Sempach dicte Constantiensis diocesis vnacum ejus filia Hildissrieden | Vicariatu perpetuo seu plebanatu Jurepatronatu decimis Juribus et pertinentiis vniuersis dicto domino nostro | Preposito suo ac nostris nostrorumque successorum et monasterii Lucernensis nominibus faciendis, in se Acceptandam | et assumendam, Ac omnia et singula facienda gerenda et exercenda, que in huiusmodi Cessionis | donationis et acceptationis negotio de Jure vel de facto vel alias quomodolibet necessaria videbuntur | vel optima. In quorum testimonium Sigillum nostri Conventus duximus presentibus appendendum. Datum Sub | Anno domini Millesimo quadringentesimo vicesimo, die lune vicesima Sexta mensis februarii, Indictione | Tredecima.

4.

1420, 3^o Mai.

(Stiftsarchiv Lucern.)

Martinus Episcopus servus servorum Dei, Dilecto filio Abbati Monasterii in Ruite, Constantiensis diocesis, Salutem et apostolicam benedictionem. | Ad apostolice dignitatis culmen divina dispositione vocati, ea que pro personarum ecclesiasticarum presertim regulari observantie deditarum commodo et utilitate provide facta comperimus, ut illi- | bata persistent, libenter cum a nobis petitur apostolice confirmationis munimine roboramus. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum. . . Prepositi et Conventus Monaste- | rii Lucernensis, per Prepositum soliti gubernari, ordinis sancti Benedicti Constantiensis diocesis, petito continebat, quod olim dilecti filii Wilhelmus Abbas et Conventus Monasterii Murbacensis, | Romane ecclesie immediate subiecti, dicti ordinis, Basiliensis diocesis, pie attendentes, quod dictum Monasterium Lucernense, quod eidem Monasterio Murbacensi immediate subesse dinoscitur, propter guerras, | que in illis partibus viguerunt, ac longeuas et uarias controversias ac lites, dudum occasione Prepositure eiusdem Monasterii Lucernensis inter diuersas personas diversimode habitas | et exortas, in suis facultatibus adeo depauperatum et destitutum extitit, quod ipsi Prepositus et

Conventus Monasterii Lucernensis ex residuis ipsius Monasterii Lucernensis facultatibus congrue | sustentari, et alia sibi incumbentia onera supportare nequibant, ac nuper videlicet de Mense Februarum proxime preterito propter hoc capitulariter congregati, nullis tamen solemnitati- | bus iuris alias in hiis servatis, omnes et singulas decimas ex fructibus in Adewilr et Weniswanden ac aliis quibusvis locis infra parrochialis in Sempach, et eius filialis in Hil- | dissrieden dicte Constantiensis diocesis ecclesiarum, quarum collatio et provisio ad Abbatem dicti Monasterii Morbacensis pro tempore existentem spectabant parrochiam et limites con- | stitutis, pro tempore ex crescentibus provenientes, que tunc ad Mensam Abbatialem eiusdem Monasterii Morbacensis legitime pertinebant, necnon conferendi dictas ecclesias, et de illis etiam | providendi, et quodlibet aliud ius, quod ipsi et prefatum Monasterium Morbacense in eisdem ecclesiis, necnon decimis ac dotalibus et quibusvis aliis bonis et pertinentiis earumdem quomodolibet | habere censebantur, prefatis Preposito et Conventui Monasterii Lucernensis, et eidem Monasterio per eos perpetuo habenda, tenenda et possidenda, quantum in eis erat, libere donarunt | et concesserunt, prout in quibusdam litteris authenticis desuper confectis eorumdem Wilhelmi Abbatis et Conventus Monasterii Morbacensis sigillis munitis dicitur plenius contineri. | Quare pro parte Prepositi et Conventus Monasterii Lucernensis predictorum nobis fuit humiliter supplicatum, ut donationi et concessioni predictis pro eorum subsistentia firmiori | robur apostolice confirmationis adijcere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de premissis certam noticiam non habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tue per | apostolica scripta mandamus, quatinus si est ita, et propter donationem et concessionem huiusmodi prefatum Monasterium Morbacense nimium non grauetur, super quibus tuam conscientiam | oneramus, donationem et concessionem predictas auctoritate nostra approbes et confirmes. Datum Florentie V Nonis Maii. Pontificatus nostri Anno Tertio.

gratis.

Jo. de Montemartis.

5.

1426, 25 Jänners.

(Stiftsarchiv Lucern.)

Ich Johans Scholl Besteter Lütprister ze disen Ziten zu Sempach vergich vnd tuon kunt offentlich mit disem prieffe. als mir min gnedige | Herren Her Johans am Werde zu disen Ziten Probst vnd min Herren gemeinlich von dem Cappittel des Goghuses zu Lucern, Gunnen | habend des hoewzehenden in der Statt Zehenden zu Sempach, das si mir die Früntschafft vnd genade getavn hand, von keines rechten | wegen denn von gnaden wegen, won der selb Hoewzehende von Rechtes wegen zu der Lütpristerye nit gehöret, vnd hand mir desselben | Hoewzehenden gunnen als lang ich Lütprister zu Sempach bin, vmb das ich einen steten Helfer, den ich von rechtes wegen haben sol defter | bas gehalten mug, vnd die vndertan defter volkomenlicher lebend vnd tod versorgen mug, als göttlich vnd recht ist, vnd si von alter her | komen sint, doch mitt der Bescheidenheit, als si von drissig vnd sechs Marken jerlich Bischofstür sollen geben, von der kilchen zu Sempach | die man nennet consolationes, das ich vorgeganter Lütprister für disshin die selben Bischofstür von den obgenanten Marken jerlich als lang ich Lütprister | bin, sol vsrichten vnd bezaln, Wer aber das ich das nit tätt, wie oder in welchen weg Min obgenanten Herren die Kilche oder die vndertan des ze | kosten oder zu schaden femin, den Kosten vnd schaden sol ich vorgeganter Lütprister genzlich on all widerrede abtragen. Wer aber daz ander schazung | oder stüren uff die Kilchen geleit wurden, Es were von Päbsten, Königen oder Bischoffen, wie oder in welchen weg sich das schickt, da sönd min | obgenanten Herren jr Kilchen verstan, nach dem als jnen das zugehört, vnd ich min Lütpristerye nach dem als mir das zugehört. Ich vorgeganter | Lütprister sol ouch keiner andren bessrung noch merung der pfründe der Lütpristerye von minen obgenanten Herren, die wil ich leben vnd Lütprister | bin, niemer muoten noch begeren, der pfrund der obgenanten Lütpristerye Sye abgangen oder noch vnder mir abgieng in deheinen wege, Also ich beheb | die pfrunde oder ich geb si uff, das sy nun vnd hienach ewenklich von mir

von bessrung der Pfrund wegen vnbedümbert sönd beliben. | Ich obgenanter Lüttpriester loben by minem priesterlichen Ampt, vnd by minem eyde, den ich minem Herren von Costenz dem Bischoff getayn han, | das alles war vnd stätte zu haltenne, das vorgeschriben stätt, vnd dar wider nit ze tunde weder geistlich noch weltlich, Noch nieman | ander da wider zu hellen ze tund, weder heimlich noch offentlich, Mitt keinen listen, fünden oder artikeln, so ieman erdenken kan oder mag | in deheinen weg. Sie by warend gezügen die Erbern her Mangolt Kilchherre zu Eich priester, Peter Gump zu den Ziten Schultheiß | zu Sempach, Ruedi Diener, Cuonrat Kisling Burgere zu Sempach, vnd ander Erber Lüten genug. Zu Brfud so hab ich vorgenanter | Johans Scholl Lüttpriester, Min eigen Ingesigel zu einer ewigen vergichte aller vorgeschribnen Dingen Offenlich gehenkt an disen brieffe, Der | Geben ist an sant Paulus beferde, des Jahres do man zalt von Christi geburt viertzehenhundert vnd in dem Sechszundzweintzigosten Jar.

6.

1453, 16 Hornungs.

(Stiftsarchiv Lucern.)

Vicarius Reuerendi in Christo patris et domini domini Hainrici dei et apostolice sedis gratia Episcopi Constantiensis | et administratoris Curiensis ecclesiarum in spiritualibus generalis, Dilecto in Christo decano decanatus | in Sursew, Constantiensis diocesis, Salutem in domino. Discretum virum Volricum schmid de Sur presbyterum | eiusdem diocesis ad altare beate Marie virginis in ecclesia Sempach sita dicte diocesis, ad presens | per mortem quondam Rudolphi Webers nouissimi prebendarii predicti altaris vacuum, per | venerabilem et religiosum in Christo Johannem schweiger prepositum totumque conventum monasterii Lucernensis ordinis | sancti Benedicti, ad quos jus presentandi primum seu cappellanum ad dictum altare | dinoscitur pertinere, nobis litteratorie presentatum de dicto altari, dummodo die dati presentium | in eo non sit aliquod specialiter jus quesitum, recepto tamen prius ab eodem et prestito per eundem | fidelitatis et obedientie solito juramento, investiendum duximus, et ipsum auctoritate or-

dinaria | tenore presentium in dei nomine, quantum de jure possumus, investimus, Tibi decano | predicto maudantes, quatenus eundem Volricum in dicti altaris juriumque et pertinentiarum eiusdem | omnium et singulorum ducas possessionem corporalem, faciens sibi de ipsius fructibus, | redditibus, censibus debitis, et obuentionibus universis integre responderi. Datum Constantie | anno domini mccccliij, die xvj mensis februarii, Indictione prima.

Im Rücken steht: „Jurabit commissario.“

7.

1524, 9 Herbstmonats.

(Stiftsarchiv Lucern.)

Wir der Schultheß vnd Ratt, vnd der gross Ratt, so man nempt die Hundert der Statt Lucern, Tuond fund | allermendlichem mitt dem brieff, Das vff hütt siner dato alls wir in Ratts-
wys versamlett gewäsen für vnns | kommen sint, Der Erwürdig Herr Jacob ragenhoffer, Probste der würdigen Stifft Im Hoff zu Lucern, ouch Herr | Wolffgang frümesser zu Sempach, an einem, Vnd der Ersamen wysen vnser lieben vnd getrüwen Schulthessen | vnd Ratt zu Sempach erber bottschaft am andern teyll. Alls sich dann span zwüschen Inn gehalten, von wegen des pfrund- | lechens frümäss zu Sempach, da Herr Probste vermeindt, das söllliche pfrund der frümäss vorher allweg, vnd so lang die | pfrund gewärett vnd noch, einem Herren vnd Probst im Hoff zu verlychen zugestanden, vff vil vnd genugsamen vrsachen | vnd anzöigungen, so er mitt wortten Jeg vnnott ze melden anzoch etc. Dargegen aber die vnsern von Sempach | vermeindten, das söllliche pfrund niemand billicher zustund zu verlychen dann Inen, diewyl doch die pfrund von | Inen vordern gestifft wäre etc. Vnd alls wir sy zu beyden sydten vff hüttigen tag In clag, antwort, red vnd widerred, | allen Inen fürtrag, vnd all ir gewarsami genugsamklich verhört, Daruff so haben wir vns erkennt, Wann | vnd so dick es zu fällen kompt, Das die pfrund der frümäss zu Sempach ledig würde, So sol das lechen einem Herren | vnd probst im Hoff zu stan, die pfrund zu verlychen, Doch mitt dem bescheid, für wöllichen priester die

von Sempach | In zu zytten bittend, Demselben sol ein Herr
 vnd probst im Hoff die pfrund lychen. Vnd des zu warem Br-
 kund | So haben wir vff dero von Sempach beger Inen disen
 brieff mitt vnser Statt anhangendem secret Instigell besiglett |
 Geben, vff frytag nach vnser lieben frowen geburt tag, Nach
 Christi Jesu geburt gezallt Fünffzehnhundert | Zwenzig vnd
 vier Jare.

